

namenindex zum sechsten Band des lateinischen Inschriftenwerkes. Bang begann auch die Ausarbeitung des Cognomenindex, aber das druckfertige Manuskript ging in den Flammen des Krieges verloren. Nach Ende des Krieges begann die Redaktion des Corpus aufs neue die Exzerpierungsarbeiten, auf Grund deren Vidman jetzt endlich den Cognomenindex vorlegen kann. Sein Index ist von hoher Qualität und erfüllt eine lange fühlbare Lücke. Zusammen mit Bangs Index bildet er ein einmaliges Arbeitsinstrument für die römische Namenforschung; jetzt endlich stehen uns die Cognomina stadtrömischer Inschriften kritisch gesichtet zur Verfügung. Inzwischen war freilich der Computerindex von Jory erschienen, wo auch Cognomina mit enthalten waren (eigentümlicherweise sowohl in Hauptindex als auch im gesonderten Cognomenindex ohne jede Veränderung abgedruckt). Doch können die beiden Indices nicht verglichen werden: während bei Jory die Belege in alphabetischer Reihenfolge in der jeweiligen von der Inschrift gebotenen Form stehen, ohne dass eine Gruppierung ein und desselben Namens vorgenommen wäre, bietet Vidman nach guter Tradition alle Belege ein und desselben Namens unter einem Lemma. Er hat auch die spätere Forschung an Lesung und Interpretation weitgehendst berücksichtigt, an der er selbst einen guten Anteil hat. So ist der Index zu einer Art kritischer Edition der Cognomina stadtrömischer Inschriften geworden. Die entsagungsvolle Arbeit von Vidman und seinen Vorgängern hat schöne Früchte getragen. Nach intensiver Benützung des Index kann ich seine hohe Qualität und Zuverlässigkeit versichern. Vidman hat eine sehr gediegene Arbeit geleistet. Eine eingehende Würdigung des Index wird im Rahmen der *Analecta epigraphica* in Arctos 1981 erscheinen.

Nach dem Namenindex sind keine weiteren Sachindices zu CIL VI geplant. Das ist schade. Denn in bestimmten Punkten hilft Jorys vollständiger Wortindex wenig weiter. Freilich ist es nicht allzu mühevoll, etwa Kaisertitulaturen selbst aus CIL VI zusammenzustellen, da sich fast alle in derselben Unterabteilung finden (wenn auch nicht ausschliesslich, Kaisernamen gibt es z.B. eine Fülle unter Votivinschriften), aber schon für Konsuldatierungen wäre ein eigener Index dringend vonnöten. So wird man sich fragen, ob nicht doch an die Weiterführung eines traditionell angelegten Index gedacht werden könnte, wenigstens bei solchen Sachgruppen, wo weder Jorys Index noch die Gruppierung der Inschriften selbst weiter helfen.

Heikki Solin

*Mariette Šašel Kos: Inscriptiones Latinae in Graecia repartae.*

Additamenta ad CIL III. Epigrafia e Antichità 5. Fratelli Lega, Faenza 1979. 143 p. Lit. 38.000.

Inscriptiones Latinas quaeque in parte orientis Graeci ad id tempus innotuerunt Theodor Mommsen, Corporis inscriptionum Latinarum conditor et dux, in Corporis tertio volumine publici iuris fecit. Postea autem magna copia titulorum in lucem prolata est, qui disperse editi illa utilitate caruerunt quam collecti et coniuncti habuissent. Itaque maximam gratiam debemus auctrici huius libri, filiae coniugum Šašel, amicorum nostrorum, quae opus ingratum suscepit, ut omnes inscriptiones Latinas in Graecia post editum Corporis ultimum supple-

mentum repertas - exceptis titulis in quibusdam operibus ad corporis formam redactis ut Corinth, Inscr. Délos et aliis - colligeret et forma commoda divulgaret. Graecia capta ferum victorem cepit. Sed Romani quoque res suas in Graeciam secum protulerunt. Itaque inscriptiones Latinas Orientis Graeci magni momenti esse viris doctis, qui res Romanas curant et praesertim rerum Romanarum in Oriente propagationem indagant, nemo erit qui nesciat. Huc accedit quod tituli Latini solo Graeciae restituti saepe in ephemeridibus monographiisque Graecis publici iuris facti sunt quae raro in bibliothecis universitatum et institutorum studiis Romanis colendis destinatorum praestosunt. Malum auget quod tituli Latini nimis saepe pessime ab archaeologis Graecis sunt tractati, qui rebus Romanis minus familiariter utuntur. Ergo auctrici fuit via lubrica et plena obstaculorum. Res difficilis erat, munus illa autem bene absolvit.

Opus sine dubio valde utile ut melius laudarem et utilitatem eius augerem has animadversiones generales et singulas conferre mihi liceat.

Collectiones editricis plus minus plenae esse videntur. Moneo autem eam titulos sepulcrales insulae Rheneiae non recepisse (quos edidit M.-Th. Couilloud, Les monuments funéraires de Rhénée, EAD XXX, 1974). Praeterea commemoro titulos quos frustra in volumine quaesivi Deliacum parietarium (BCH 20, 1896, 392 = EAD VIII 204; deest in ID) et Parium bilinguem *civit[as] etc.* (Orlandos, Arch. Eph. 1975 Chron. 30sq. (sed alter titulus ab eodem ib. 34 editus receptus est.).

Nr. 14. In bibliographia desideravi Degrassi Auctarium 172. De Caesare post Lupercalia a. 44 pro deo habito praeter Taylor vi-deas etiam Weinstock, Divus Julius 270sqq. Alföldi, Studien über Caesars Monarchie 33sqq. Satis mire Raubitschek, JRS 44 (1954) 75 titulum Claudio tribuit, in cuius nomine *Augustus* autem deesse non poterat.

19. Desideravi Warmingtoni Remains of Old Latin IV 60 et Degrassi Auctarium 107. Contra editricem *Lu.* non *L.* lego. Pro *M(a)r(ae)* fortasse potius *M(a)r(aei)*, cfr. titulum bilinguem Deliacum CIL I<sup>2</sup> 2244, ubi *Μαράιος* Latino *Mar.* respondet. In ipso Osco et *Maras* et *Marahis* (unde *Maraeus*) admodum nota.

20. Adde Auctarium Degrassi 108. Auctrix titulum inter annos 56 et 47 scriptum putat; ipse Degrassio adsentiri velim, qui titulum anno 47 tribuit.

23. De lectionis sinceritate valde dubito (editio princeps, ubi imago phot., in praesenti mihi praestos non est). Praenomina patris Vetulenae in parte Latina et Graeca inter se non congruunt.

26. Ad bibliographiam adde Marcadé, Recueil des signatures II 9 tab. XXVI:2-3. - *Pandisius* quid est?

50. Male auctrix. Nequaquam *Divus* cognomen Graecum est. Legendum [Ger]m[anic]o *Iul[io Ti. Caesaris f., / Aug. n]ep.*, *Divi pronep.*, [*Caesari, auguri, q. ?*] / patrono [publice ?]. Videas quod exponam ZPE 180-1981.

51. Fortasse potius [*Cor]neli[---*].

52. Editricem fugit titulum iam CIL III 529 editum esse (id quod etiam a Mastrokostas notatur). 2 ITRIORES (i.e. sinistriores) CIL, posteriores Mastrokostas; ex im. phot. veram lectionem Mastrokostas potius quam CIL praebuisse eruere potui; sed aliquantum haereo an ita sit. 3 sine dubio pro parte dim[idia]. 4 *Vitalis*.

65. 3 Εύοδία fuisse puto.

71. Cognomen defuncto sine dubio *Optatus* fuit. Šašel Kos *Opiaio* legit et id nomen confuse explicare conatur.

80. Adde Auctarium Degrassii 162. *Aegei* pro *Aegi* fortasse ex similitudine pronominis quod praecedit *quei* scriptum esse notat Degrassi, ut depromo a plagulis novi supplementi Corporis primi voluminis, ubi edetur sub n. 2955.

83. *C. Iulio Aug(us)ti l. Epagatho* Šašel. Sed contractio AVGTI nullo pacto fieri potest ut saeculo I in usu fuerit. Fortasse male lectum pro *Aug.lib.*

88. De cognomine *Camo* valde dubito.

98. Quomodo *Demonicus* nomen Graecum *Damon* reddere possit, non clare perspicio. *Demonicus* est Δαμό-νικος, bonum et antiquum nomen.

102. 3 in. I prorsus incerta.

103. Scribendum *Aug(ustae)*. CAM Šašel Kos *Cam(unus)* solvit (argumenta nulla profert; quae in editione principe quaerere debes), fortasse recte; aliquantum autem res mihi incerta manet.

105. Sine dubio *Stra[---]*.

114. Supplementa prorsus incerta. Mihi potius videtur *Sex. M[---]*.

119. Potius *Oecumene*, nomen non ita rarum (videas ex. gr. quod collegi in Onomastico nominum Graecorum Romae obviorum (Die griechischen Personennamen in Rom. Ein Namenbuch) 1123sq.

129. Duas v.l. dat editor princeps, *Ranii* et *Ranti*. Ex quibus sine dubio *Ranti* praefferenda. Eius nominis plura exempla; praeterea genetivus nominum priorum *-ius* exeuntium vulgo *-i* scribitur.

130. [F]oficia (si recte suppletum) graphiae memorabilis; Graeci enim Φουφίκιος scribere solebant, cum ex. gr. *Furvius* forma Φόρβιος redderetur.

151. Pro *F.* (?) *f(aciendam) c(uravit)* legendum est *fec(it)*.

167. Probabiliter *sine ul(l)a querella*, ut Romani in epitaphiis saepe dixerunt. 2 haud scio an *[com]presi*; *comprehensus* aliquando *compresus* scribitur. Sed *compresus in luctu sermonis* est parum accurati; fortasse parentes lingua Latina familiariter uti nesciebant. In *lucteo a lapicida* Graeco per merum errorem scriptum esse putaverim.

172. Confuse editus est titulus.

175. In *parens* quid subsit, non satis perspicio. Male lectum?

184. De nomine patris *Feti* valde dubito. Dolendum est hic (ut et alibi) imaginem photographam praesto non esse. Haesitans coniecerim *Felix*.

209. *Princeps* cognomen alterius viri esse potest.

231. Auctrix hunc titulum memorabilem saeculo III tribuit et *horrea Cornific(iana)* cum Annia Cornificia Faustina, sorore Marci Aureli coniungit, infirmis sane argumentis. Titulus mihi multo antiquior esse videtur, saeculi I dixerim. Non pauci nobiles Cornificia noti sunt aetate exeunte liberae rei publicae et ineunte Imperii; in eis quaerendus est is qui his horreis nomen dedit. Cogitari potest de L. Cornificio consule anni 43 a.C. (inter alia noti sunt servi sui). Nomen defuncti ita indicatur *L. Pompilius Eros negotiator ... qui vocitatus est ab suis connegotiatoribus Adigillus*. Hoc supernomen Germanicum esse auctrix male contendit, sed connegotiatores

Pompili Erotis tale nomen Germanicum nullo modo invenire potuisse manifestum est. Probabiliter hoc cognomentum ex *adigere* deductum est; id accepit propter occupationem odiosam negotiatoris qui adigit, cogit aliquem iurare. Ita etiam Kajanto, Supernomina, 1966, 20sq.

- Scribe *an(norum), m(ensium)*.

232. Ex im. del. editionis principis legere ausim [-] *Varius T.f. [---] a Dertona. [ille ---] onus [---] patri suo etc.* Militem fuisse Verum probabile est; milites autem Dertonenses saepe in titulis occurrunt. Varii Dertonae CIL V 7395. Varius cognomen breve ut *Saxa* vel aliud quod habuit.

233. 4 *Anterotis* coniecerim.

250. Titulum esse anni 165 editores priores, quibus Šašel Kos assensa est, mihi non persuaserunt. Compluribus argumentis, de quibus nomino gentilicium *Septinium*, omissa praenomina, formulam *Augustor(um) verna*, titulum posteriorem esse manifestum est. Probabiliter agitur de quodam consule saeculi II exeuntis vel saeculi III. Etiam nomina, quae plus quam semel male lecta sunt, digna sunt quae amplius tractentur. Per litteras novam photographiam ex editoribus quaesivi ac spero me ea accepta de titulo alibi fusius disputare posse.

253. Mihi videtur sine dubio de titulo sepulcrali agi.

Ad indices variis mendis, magnam partem minoris quidem molis, afflictatos haec fere, priusquam recensum nimis longum ad exitum adducam, anno: *Agathonis* potius esse videtur *Agathon*; *Aneros* est *Anteros*; *Bractice* sine dubio est *Practice*; *Divus* delendum est; *Helpinis* esse debet *Helpis*; *Minatus* non est cognomen, sed praenomen; pro *Niconeus* scribe *Nicon*; *Pilo* sine dubio est *Philo*; *Pragmaticus* non est nomen proprium sed appellativum; de cognomine *Syria* valde dubito. Desideravi inter alia indicem grammaticum.

Finiam. Ut desit hic illuc ars critica, praesertim in rebus onomasticis, tamen est voluntas laudanda. Dixi.

Heikki Solin

*Maria R.-Alföldi: Antike Numismatik. I: Theorie und Praxis, II: Bibliographie. Kulturgeschichte der antiken Welt 2-3. Verlag Philipp von Zabern, Mainz am Rhein 1978. XLV & XXIX, 323 p., 410 fig., 6 maps, 20 plates. DM 112.-. - Robert Göbl: Antike Numismatik. Vol. I-II. Battenberg, München 1978. 284 & 283 p., 176 plates, 19 tables. DM 240.-.*

Numismatics as a branch of academic research is becoming increasingly popular. Scientifically, new methods of metallurgical and chemical research have added to the mass of exact data yielded by the coins, particularly with regard to the possibilities of evaluating the monetary functions of the coins. An increasing general awareness of the usefulness, or at least the possibilities of the coins as source material, is spreading to affiliated fields of research, and numismatics as an academic subject is taught today in most western countries, although chairs are few and the research centres as a rule formed around the nuclei of the great national coin collections.

It goes without saying that the coins as scientific source material are of great importance for studies of the ancient and